

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

D. Friedrich Eberhard Boysens Philologische Bibliothek für die niedern Schulen

Boysen, Friedrich Eberhard

Quedlinburg, 1766

§. XXXVI

[urn:nbn:de:bsz:31-263854](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-263854)

§. XXXVI.

בלה p. 124. a radice inusitata **בלה** apud Arabes **בלה** *focors, incurius fuit, et בלה* *mente turbatus, differt, quatenus hæc habet tertiam radicalem ה* per *Mappik, mobilem, illa autem quiescentem. Apud Arabes autem atterendi et consumendi notione in radice בלא* est, *duro modo tractavit, adflixit, quid. Res enim ita tractata atteritur, et multo usu consumitur. Metaphorice significat deficere viribus, ut sumitur Pl. XXXII, 3. Gen. XVIII, 12. Ad vocem בלו* p. 125. addatur, eam *doni significatum habere lociscitat. posse, sensu verborum illum quoque admittente. תכלית consumtio sui, attritio sui est Est. X, 25. כלי* vero *consumtum, attritum quid, res absens ab altera, cui adhæserat, quali usu detritum. כליעל* *destitutus facultate utilitatem adferendi, nullius utilitatis, damnum inferens, λοιμὸς, pestis, Pl. XVIII, 5. ubi videtur cacodæmonem designare, quia cum morte in eadem classe ponitur. Sic בני כליעל* Deut. XIII, 14. *sunt homines noxii.*

§. XXXVII.

P. 126. **בלל**. Hæc radix ejusmodi *confusionem, et mixtionem rerum significare videtur, qua res diversi generis inter se separatae conspiciuntur, licet permixtae. Sic cum deus Gen. XI. linguas confunderet, ita inter se permixtae erant illæ, ut separari etiam in diversas gentes viderentur. Ita*
 2. Stück. pabu.